



*Sammlung*



40 43  
ΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΝ.

Trium Charitum celebrantium virtutes atque  
εὐλόγιον Viri admodum Reverendi, Spectabilis  
& clarissimi

Dn. M. HEINRICI

SCHLEKENII, &c. CUM EX  
ECCLESIA QUERNENSIUM AD PRAESU-  
latum Cœnobij Riddageshufani, in locum venerabilis &  
devoti Dn. PETRI VVINDRUVIJ p. mem. futroga-  
retur, & 5. Id. Jan. solemnitate publicâ Abbas cœca-  
retur & renunciaretur.

Honoris & boni ominis ergò exstructum.

&  
EIDEM Dn. ET MECOENATI STUDIORUM  
& Studiosorum incomparabili: meo Patrono omni obser-  
vantia cultu prosequendo summissè nuncu-  
patum.

SEBASTIANO NEUBAUER ALLSTETENSI  
Thur. anno; quem refert hoc ἐπιόσιχον

AnnVs Vt ILLE noVVs tibi sit, qVI fVLsit In orbe,  
FeLIX; IesVM sVppLICE VoCe preCor.



Heinrichstadt excusum Typis JULII ADOL-  
PHI à SOHNE.

XXXVII

Am. mo Ernesto Re...



## THALIA.



Loquar, an silcam? mihi vox in faucibus hæret:  
Quòd cecidit Templi firma Columna sacri.  
Eloquar; exivit mortali carcere nuper (trus.  
VVindruvius, magnus nomine & arte, Pe-  
Venit summa dies & inevitabilis hora,  
Quâ rapuère pium fata inimica Virum.  
Præful erat, nulli veterum pietate secundus,  
Splendorisque sui Phœbus hicalter erat.  
Ille erat excellens hîc nominis ornamentum,  
Illîc angelici gloria prima chori est.  
Nos nostrum cerebrum lacrumis emulsimus, ejus  
Cùm spectaremus funeris exequias.  
Præfide quin tanto sublato (flebi e dictu!)  
Ipsa quasi lacrumis visa madere domus.  
Indultum sed ijs fatis est, nunc nenia cesset:  
Et quod læta canat carmen AGLAJA, vide.

## AGLAI A.



*AS* mihi sit tenui magnos inflare susurro  
Andini Vatis lituos, crotalogue strepenti  
Clangere; & inceptis nostris adspiret Apollo.  
Sit Momi rabies procul: invida turba faceffat:  
Parcat, & omphacio prius abluat ista catarrhum,  
Et nares purget, quàm nobis obstrepat: inde  
Te celebrem, SCHELEKENI ô clare Vir, arte Magistrum  
Doctrinâ & pietate gravem compello: Camæna  
Adspira

Adspira nostra, tibi qua sua carbasa pandit,  
AEquor arat, <sup>causis</sup> portuq; potirier audet.

Quem nunc Enceladi ac Cai germana quadrigis  
Fama coronatis fert & depradicat Orbi.

Quem vocat ipse DEVS, quem vult DVX GVELFVS; utriq;

Quod designatus Praesul, venerabilis Abbas,

Acceptum referes: neque enim sine Numine Divum

Obvenit officium; letos cape letus honores.

Designate Prior titulos hos jure priores

Accipis: haut quisquam Successor dignior unquam.

Sunt tibi (sintque diu!) praecleara in pectore dona:

Dives opum, divesq; animi: non indigus ipse es:

Sunt tibi divitiae meliores quolibet auro,

Quod Tagus, aut Pactolus habet, quove aequor abundat.

Quam bene! sed Dominus te deinde tuebitur, ut sic

Te florente, iterum florescat PRINCIPIS illud

Caenobium; reditus redeant, domus ipsa resurgat,

Hostibus in medijs quamvis versetur, ut olim,

Cum rabiosa domos Vulcano plebs daret, ad se

Vt raperet, caperet traheretq; quod esset in istis.

Agminis ergo mali DEVS hunc compesce furorem:

Absit Eris tristis, desistat Erinnyes & Ate:

Neve fames male-suada homines, nec pallida pestis

Deprædat, nec Mars lethalibus irruat armis.

Sed pacem largire Deus, largire quietem,

Luceat & purum Verbum sine fece Papali,

Ne nos fex-ponti & terra Babylonia pellex

Allectos secum pallentes ducat in umbras:

Nec nos amoveat CALVINVS tramite VERI,

Qui miseros fallit, pro melle aconita propinans.

Suffice terrigenis, quæ postulat Vsus & Esus,

Atque inopes dignare tuâ nos gratiâ abundantî,

Auxi

*Auxilioꝝ Chorumꝝ Forumꝝ Torumꝝ perenni  
Prosperitate bea ; sic Te laudabimus omnes.*

## EUPHROSINE.

**N**unc ames dici Pater atque Fautor,  
Nunc & affectus animi paterni  
Exseras erga populum, & amorem  
ABBATE dignum.

Grator hoc Munus tibi corde & ore  
Creditum nuper, Deus, ut præesse  
Huic diu possis, animi vigorem  
Amplius addat!

Divitem donis, sapientiâque,  
Integrum vitæ; DUCIS atque summi  
Gratiâ servet DOMINUS valentem  
Teque, Tuosque!

F I N I S.



99 A 6908

ULB Halle 3  
002 927 25X



Handwritten initials: JB


Retro 1

V. 17









43  
TPON.

*ium virtutes atque  
erendi, Spectabilis*

NRICI

Et CUM EX

UM AD PRAESU-

in locum venerabilis &

UVIJ p. mem. surroga-

publicâ Abbas crea-

retur.

*Illuc angelici gloria*

*zò exstructum.*

ATI STUDIORUM

co Patrono omni obser-

ummissè nuncu-

*Et quod facta curat*

R ALLSTETENSI

ut hoc ἐπιτίχιον

*qVI fVLst In orbe,*

*e VoCe preCor.*

*Parcat. Et omphactis*

*Et naves purget, quare*

*Te*

*Doctrinae & pietate gratiam*

*NE.*

*XXXVII*

*JULII ADL-*

*Doc*

*NE.*

*XXXVII*

*Doc*

*NE.*

*XXXVII*

*Doc*

*NE.*

*Am. mo Erncita her*

